minet mari mortuo. haut procul ab arnone. Araboth moab. ubi secundo
numeratus est populus. quod aquila interpretatur humilia. siue equalia moab. hanc habens
consuetudinem. ut heremum propter planitiem omaahn. id est equalem interpretetur et
planam. Denique symmachus pro araboth moab. ad campestria transtulit. et est
usque hodie locus iuxta montem fegor. euntibus a libiade in esbun ara
bie contra iericho. qui ita appellatur araba. hanc ut supra aquila transtulit planam.
symmachus interdum campestrem. interdum inhabitabilem. theodotion occiden
talem. Ataroth. ciuitas olim amorreorum trans iordanen. que postea cecidit in
sortem tribus gad. Vocatur est autem ataroth. et filii salma siue salmo. ut in
paralipomenis scriptum est. Atrotsophan. et hec ciuitas tribus gad. Arath.
ciuitas amorreorum uicina deserto cades. et usque nunc ostenditur uilla
ab oppido malathi in IIII. lapide a chebron uicesimo in tribu iu
da. Asemona. ciuitas in deserto ad meridiem iudee. diuidens egy
ptum et sortem tribus iude ad mare usque tendentem. posui et supra asemo
na castra filiorum israhel. Acrabbi. terminus iudee prouincie ad orientem re
spiciens. tribus iude. Est autem et uicus grandis nunc usque. VIIII. milibus a neopo
li ciuitate contra orientem. descendentibus ad iordanem et iericun. unde ea
que appellatur acrabittene. Sed et confinium amorreorum acrabittene dicitur. de quo
loco non exterminauit alienigenas tribus neptali. ut in iudicum libro scri
ptum est. Asadada confinium iudee. respiciens ad aquilonem. Arath. terminus
et ipse iudee. distans a chebron milibus. XX. ad meridiem. de quo supra positum
est. Asarena. terminus iudee ad septentrionem. Asernai. terminus et ipse iudee.
Arbela. terminus iudee. ortum solis aspiciens. est et usque hodie uicus arbel
trans iordanen. in finibus pelle ciuitatis palestinorum. et alius hoc uocabu
lo in campo pergrandi. distans ab oppido legionis milibus. VIIII. Aulon
non grecum ut quidam putant. sed hebreum uocabulum est. Appellatur autem uallis
grandis. atque campestris. in inmensa longitudine se extendens. que circum
datur ex utraque parte montibus sibi inuicem succedentibus et coherentibus. qui in
cipientes a libano. et ultra eum usque ad desertum pharan perueniunt. Sunt
in ipso aulone. id est in ualle campestri urbes nobiles. scitopolis. tibe
rias. stagnumque propter eam. sed et iericho. mare mortuum. et regiones in
circuitu. per quas iordanis fluuius. oriens de fontibus paneadis. et in ma
ri mortuo interiens. Amalechite regio in deserto ad meridiem
iudee. trans urbem petram euntibus aila. cuius et scriptura recordatur dicens.